

PRÆFATIO AD BENEVOLUM LECTOREM

D E

U S U S E Q U E N T I S I N D I C I S C O N F E C T I

A

JO. LEL. PR. PAR. Col. E. SS. M.
& P. S. Arg. Cant. & Can. Cap.

1. Tituli Juris utriusque ad hoc digesti sunt , vel , ut Ideam claram compendiosamque materiae sub illis contentæ statim Studiosi percipient : vel , ut ad memoriam quondam lecta facilius revocentur ; quæ , ut facilius obtineantur , duo potissimum in *Titulorum Indice* desiderari perspicuum est .

2. Primo , facillima & promptissima illorum investigatio , prout ab Aucto-ribus passim allegantur ; quam utique assequetur vel rudior tyro , si numeris suis absoluta serie Alphabetica disponantur . Secundo , cum ex ipsis initialibus vocabulis tota materia , quæ quandoque multiplex est in uno Titulo , comperta non habeatur , ipsi Tituli , sub eadem serie secundum *Voces Principes* , iterum sunt distribuendi .

3. Ita modo *Tituli Juris Canonici* digesti sunt , ut utrumque statim ob oculos appareat ; sive variarum Linearum , & Charakterum dispositione distributi , ut discerni valeant soli Tituli , si his quis indigeat : quin & simul materiam toto Corpore Canonico diffusam ad idem verbum referant coadunatam (a) .

4. Tituli initiales habent sub se *Collectionem* non modo *Gregorii IX.* quæ cæteras plerumque complectitur , & superat ; verum etiam & *Sexti* , *Clementinarum* , *Extravagantium Joannis XXII.* & *Communium* , nova methodo integre continent , & discernunt (b) ; quorum etiam discretioni non nihil conferunt capitula signata : ex quibus primo intuitu notitia generalis fuse vel paucis in Titulis tractatorum erui potest .

5. Ne vero conqueri quis valeret , quod singulis verbis Citationes non sint appositæ : dupli de causa consulto actum est . Primo , ut brevitati consuleretur , & Studiosi facilius titulos addiscerent per frequentiorem illorum , initialemque , ut ita dicam , indigationem . Secundo , ne ob varias eorundem locorum citationes fre-

(a) vide litt. *C. Clerici* , *Clericis* , *Clerico* , *Clericorum* . Litt. E. *Ecclesia* , *Ecclesie* , *Ecclesiæ* , *Ecclesiast.* *Ecclesiis* , &
(b) Vide etiam titulos : *De Concessione Præbenda.* *Electione* & *potestate* . *Præbendis* , & *dignitatis* . *Privilegiis* , &
excessibus priviligiatorum . *Rebus Ecclesiæ alienandis* . *Religiosis domibus* . *Reliquiis* & *venerat.* *sanct.* *Sententia excommuni-
cationis* , &c.

Præfatio ad Lectorem Benevolum.

frequens error irreperet, qui & nauسام Lectori, incertitudinemque pareret. Sic certe evenisse non in uno loco deprehensum est in *Indice Titulorum Juris Civilis*, [a) præstantissimo illo inquam Indice, ad cuius imitationem hunc nostrum reduximus & reformavimus: hic enim *Titulos* non secundum *verba Initialia* exhibit, sed secundum *voces sensum aliquem præ se ferentes*. Sic Titulum de *Officio Procuratoris Cæsaris*, &c. sub littera C. collocatum, ibi: *Digestorum L. i. tit. 19.* indicavit quærendum, & bene: sed sub litt. O. verbo *officio*, habet, *Lib. i. tit. 91.* qui error est typographicus; hicque instar sit omnium, qui satis frequentes sunt, præsertim ob repetitas citationes, quas Correctores conferre vix solent.

6. Porro ad instar modo dicti Indicis, monosyllaba & dissyllaba, qualia sunt, *Contra*, *dato*, *Et*, *In*, *Inter*, *pro*, *possunt*, *post*, *Quam*, *Quæ*, *Qui*, *Quid*, *Re*, *Rei*, *sine*, *sint*, *vel*, & alia, si quæ sint id genus, ultro omisimus; quippe confusione magis conducentia, quam celeri investigationi: nisi monosyllaba illa initialia sint, uti sunt in Titulis: *His quæ in integrum restit.* Ne sede. *Qui Clerici vel voventes*. Ut Ecclesiastica beneficia. Ut lire pendente, &c. propter rationem jam datam (num. 2.) sub litteris suis initialibus collocavimus.

7. Ne quid tandem in præsenti indice desideraretur, Titulos *Septimi*, vulgo *Decretalium*, quem a nonnullis allegari palam est, ad Titulos *Decretalium* retulimus, ubi inter se convenient (b). Alios vero, qui nullibi habentur, [c] suis etiam locis apte, distinctosque alio charactere apposuimus; & licet liber iste & publica auctoritate careat, & multa alia in eo non desint animadversione digna: illis saltem Index noster conferet, qui Librum *Petri Matthæi* (d) in suis Editionibus habent, prout in præsenti sistitur.

8. Neque necesse fuit Titulos Institutionum *Lancelotti* adjungere, cum ipsæ deriventur ex Jure Canonico, cuius fontes satis indicantur præsenti Indice. Plura præfari non libuit, de opella nostra judicium esto penes Benevolum Lectorem.

(a) Extat laudatus Index ad Caput Juris Civilis in Editione Francofurtensi An. MDCXXCVIII. sumptibus Societatis.

(b) Vide Titulos: *De Appellationibus*, *Clericis non residentibus*. *Consanguinitate*. *Electione* & *electi postestate*, &c.

(c) Item & titulos: *De Ambitu*. *Annatis*, *Beneficiorum collatione*. *Blasphemis*, &c.

(d) Petrus Matthæus librum suum *Cardinali Cajetano dicavit*, *Tese Doujatio*, *Prænotionum Canonistar. lib. IV. cap. XXVI. p. 585.* sed & referente *Bucelino Part. 1. Germ. sacrae p. 57.* *Jacobo Christophoro Blarer Episcopo Basiliensi dedic. A. C. 1588.*

TITULI

TITULI OMNES DECRETALIUM, SEXTI, CLEMENTINARUM, EXTRAVAGANTII JOANNIS XXII. & COMMUNIUM; necnon SEPTIMI vulgo DECRETALIUM P. MATTHÆI, J.C. Lugdunensis, nova & facili methodo juxta seriem Alphabeti dispositi.

| | | |
|----------|--|---|
| A | <i>Busu tollendo Quæstorum</i> , vide <i>Quæstorum</i> . | Aliorum animalium agitatione, &c. vide <i>Taurorum</i> , &c. |
| | qui Accusare poss. matr. &c. vide <i>Qui matrim.</i> | Aliorum locorum religiosorum immun. &c. vide Immunitate. |
| | <i>De Accusationibus</i> , <i>Inquisitionibus</i> & <i>Denunciationibus</i> , <i>Lib. 5. tit. 1.</i> | Aliorum Religiosorum & Monach. Capellis, vide Capellis. |
| | cap. 23. pag. 595 | Aliorum Sacramentorum Custodia Eucha. & Chris. vide Custodia Euch. |
| | <i>In Sexto</i> , tit. 1. cap. 2. p. 131 qui <i>Adversus Christianos infidel. auxili.</i> vide <i>His qui infidel.</i> | Aliiquid exigatur pro licent. docendi, vide Magistris, &c. |
| | <i>Adulteriis & stupro</i> , <i>L. 5. tit. 16. cap. 7.</i> pag. 659 | Aliiquid ne innovetur sede vacante, vide Ne sede vacante. |
| | quam per Adulterium polluit, &c. vide <i>Eo qui duxit.</i> | Aliiquid pro spiritualibus ne exigatur, &c. vide Simonia & ne. |
| | <i>Edificandis Ecclesiis vel reparandis</i> , vide <i>Ecclesiis ædific.</i> | Altaris vel Ecclesiæ Consecratione, vide Consecratione Ecclesiæ. |
| | <i>Egrotante Clerico vel debilitato</i> , vide <i>Clerico ægrotante.</i> | <i>Ambitu.</i> In <i>Septimo</i> . <i>Lib. 5. tit. 10.</i> cap. 3. pag. 217. |
| | <i>Ætate & Qualitate</i> & ordine præficien- dorum, <i>Lib. 1. tit. 14. c. 15.</i> p. 98 | <i>Animalium agitatione</i> , &c. vide <i>Taurorum & Aliorum.</i> |
| | <i>In Sexto</i> , tit. 10. c. un. p. 41 | <i>Annatis</i> . In <i>Septimo</i> , <i>Lib. 2. tit. 3.</i> cap. 7. pag. 72. |
| | <i>In Clem. tit. 6. c. 3.</i> p. 201 | sub <i>Annuo censu Prael. vic. su. vel Ecel. ne conced.</i> vide <i>Ne Praelati.</i> |
| | a <i>Ordinandorum</i> , <i>In Septimo</i> , <i>tit.</i> 5. <i>cap. un.</i> p. 20 | <i>Apostatis & reiterantibus Baptisma</i> , <i>L. 5.</i> tit. 9. <i>cap. 6.</i> pag. 645 |
| | <i>Affinitate, & Consanguinitate</i> , vide <i>Consanguinit.</i> | <i>Apostolicis Mandatis</i> , vide <i>Rescriptis.</i> |
| | <i>Agitatione animalium</i> , &c. vide <i>Taurorum</i> , &c. | <i>Appellationibus</i> &, <i>Recusationibus</i> , & <i>Relationibus</i> , <i>L. 2. t. 28. c. 73.</i> p. 324 |
| | <i>Aleatoribus</i> , vide <i>Blasphemis.</i> | <i>a In Sexto</i> , tit. 15. ult. cap. 12. pag. 76 |
| | <i>Alienandis bonis Ecclesiæ vel non</i> , vide <i>Bonis Ecclesiæ.</i> | <i>a In Clem. tit. 12. ult. cap. 7.</i> pag. 217 |
| | <i>Alienandis Rebus Ecclesiæ vel non</i> , vide <i>Rebus Ecclesiæ.</i> | <i>a In Septimo</i> , tit. 9. <i>cap. 7.</i> pag. 89 |
| | <i>Alienatione Judicii mutandi causa facta</i> , <i>L. 1. tit. 42. c. 2.</i> pag. 184 | <i>Appositis Conditionibus in despōnsi. vel aliis con- tractibus</i> , vide <i>Conditionibus appositis.</i> |
| | <i>Alienis Parochianis</i> , vide <i>Parochiis</i> , &c. | <i>Arbitris</i> , <i>Lib. 1. tit. 42. ultim. cap. 14.</i> pag. 185 |
| | <i>Aliis Cautionibus</i> , vide <i>Pignoribus</i> , &c. | <i>In Sexto</i> , tit. 22. ult. cap. 2. p. 59 |
| | <i>In Aliis Contractibus & despōnsationib. conditionibus</i> <i>appositis</i> , vide <i>Conditionibus appositis.</i> | <i>Archidiaconi Officio</i> , vide <i>Officio Archid.</i> |
| | <i>Aliis divinis officiis</i> , &c. vide <i>Celebratione</i> <i>Missarum.</i> | Archie. |